



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Alexētērion id est Historia Pestis**

**Stengel, Carl**

**Augustae Vindelicorum, 1614**

Alia de S. Sebastiano martyre.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49838)

perueniamus ad æternam & gloriosam  
& tecum gaudeamus in secula seculo-  
rum, Amen.



DE S. SEBASTIANO MARTYRE.

*Antiphona.*

**O** Magnæ fidei sanctissime Sebastiane, miles beatissime, cuius meritis & precibus tota patria Lombardiæ à mortifera peste fuit liberata, intercede pro nobis ad Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, vt nos tuo beato interuentu ab ipsa peste epidimiæ, ac improuisa morte, & ab omni aduersitate corporis & animæ liberare & defendere dignetur, & donet nobis tantum vitæ spatium & tantam emendationem peccatorum nostrorum, vt post hoc exilium sacris tuis precibus cum Christo colletemur.

V. Ora pro nobis beate martyr Sebastiane. Ref.

R. Ut mereamur pestem epidimiæ illæsi  
pertransire, & promissionem Christi  
obtinere.

*Oratio.*

**O**mnipotens sempiterne DEVS, qui  
meritis beati & gloriosi Martyris tui  
Sebastiani quondam generalem pestem  
hominum mortiferam reuocasti: præsta  
supplicibus tuis, vt qui pro consimili  
peste reuocanda ad ipsum sub tua confi-  
dencia confugiunt, eius meritis & preci-  
bus ab ipsa & omni tribulatione libere-  
mur. Per Dominum.

DE S. ROCHO CONFESSORE.

*Antiphona.*

**O** quam magnificum est nomen tu-  
um, B. Roche, qui tuis intercessio-  
nibus multitudinem languentium nosti  
saluare, & omnibus nomen tuum glori-  
osum commemorantibus te præ-  
tium exhibere: veni & sana nos à morbo E-  
pidimiæ, & aëris temperiē nobis impetra.